



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 79. An etiam inter creditores merè personales tenenda sit regula Juris,  
qui prior est tempore, potior est jure.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

tur hypothecæ in contractu gratuito, quia debita onerosa etiam præferuntur gratuitis.

401 §. 10. Hypothecarii privilegiati habent se ad invicem, sicuti ad invicem se habent non privilegiati, hinc prior tempore est potior jure &c., communis cum *ffs.* à n. 210,, qui n. 211. rectè notat cum *Castrop. Lugo, Haun. & aliis contra Vasq.*, eum, qui rem à se venditam sibi constituit in hypothecam, respectu illius rei præferri debere absolutè omnibus aliis creditoribus, potuit enim sub tali conditione & reservatione vendere, ut si certo tempore non solveretur pretium, res ad ipsum rediret.

402 §. 11. Post creditores hypothecarios veniunt chirographarii, inter quos, uti refert *ffs.* n. 213., privilegiati sunt, 1. Qui pecunias aut alia deposuit apud aliquem publicâ auctoritate constitutum, *L. Si ventri, §. In bonis, ff. De privilegiis creditorum, & L. Si hominem, §. Quoties, ff. De depositis.* 2. Respublica creditrix, *L. Bonis venditis, ff. De privileg. credit.* 3. Pupillus contra debitorem ex auctoritate gerentem ejus negotia, *L. Si negotium, ff. ibi.* 4. Sponsa repetens æstimationem dotis absumptæ non secuto matrimonio, *L. Quæsitum, ff. ibi.* 5. Mutuans in solutionem creditoris personalis privilegiati, *L. Si ventri, supra §. ult.*

403 Q. 79. An etiam inter creditores merè personales tenenda sit Regula 54. *Furis in 6, Qui prior est tempore, potior est jure.* R. Negant *S. Anton. Silv. Ang. Nav. Bann. Arrag. Laym. Mol. Az. Vasq. Less. Turr. Regin. Castrop. Bonac. Herinx, ffs. t. 4. d. 3. n. 215.* & recentiores communiter, teste *Lugo d. 20. n. 146.*, videturque expressè ita definiti in jure civili, quod passim allegant; unde regulam

gulam illam juris in 6. explicant de habentibus titulum realis obligationis : è contrà *S. Th. Gabr. Med. Maj. Valent. Sa, Suar. Salon. Tolet. Rebel. &* alii affirmant cum *Lugo*, dicente jus civile in hoc esse correctum à Canonico : Ratio est, quia prioritas temporis dat prælationem, non tantùm habenti jus in re, sed etiam tantùm habenti jus personale & ad rem, uti patet, si plures emerint eandem rem, si eadem puella sponderit pluribus, nam tempore prior præfertur ; cujus ratio est, quia prior tempore obligaverat sibi debitorem ad hoc dandum, idem autem est de debito alio. *Nec refert*, quòd in emptione obligaverit se ad aliquid determinatè, nam licèt se obligasset indeterminatè ad hoc vel illud, si hoc perisset, teneretur determinatè illud dare primo emptori, ergo cùm etiam sic obligarit hæc vel illa bona, omnia sub disjunctione sunt obligata priori : & si hoc valet spectato jure naturæ in debitis realibus, valet etiam in personalibus ; sic enim si meam personam heri obligarim *Cajo* & hodie obligem *Titio* ad cras laborandum, tenetur cras laborare *Cajo* & non *Titio* ; Ratio à priori est, quia quando se priori obligabat, etiam se simul obligabat ad removenda omnia impedimenta hujus solutionis, inter quæ esset obligatio sequens respectu alterius.

*Q. 80. An inter creditores mere personales possit 404*  
*aliis præferri, qui prius petit, vel qui est amicus debito-*  
*ris. R. §. 1. Totum debere solvi prius petenti*  
*docent plures, quos sequitur Busenb. Laym. flls.*  
*t. 4. d. 3. n. 219., quia jura favent vigilantibus ;*  
*& ita videtur statui L. Quod autem, §. Sciendum,*  
*ff. Quæ in fraudem : idque videtur valere pro u-*

R. 2

tro-

*ama Deum*